

mines, tamen hæc vocum distinctio apud scriptores Græcos non est perpetua. Atque is est Pontifex N. T. qui non laminæ, sed menti inscriptum habet קדש ליהוה, ut Grotius loquitur. Si enim ex divinitate eum spectes, in se sanctus est *1. Sam. 1. 2.* si ex humanitate, nullius accusari poterit criminis. Ceteri homines omnino omnes mali sunt, ac vitiis quotidie se contaminant, cum enim contagione quædam, quæ a primis hominibus originem duxit, infecti sint, mirum non est ex malo fonte non meliorem rivum fluere. Equidem & homines quandoque sanctitatis elogio ornari reperias, & sanctos nuncupari, qui in his terris sunt, at manca & mutila est eorum sanctitas, nec omnibus numeris absoluta, ut sanctissimi quique veniam scelerum apud Deum deprecari necesse habeant. Quotquot communi generationis lege prognati impuri sunt ac commaculati, si eam, quam Christo debent, excipias sanctitatem *1. Cor. VI. 11.* solus Dei filius immunis est ab omni labe peccati, utut se hominibus in carne nostræ persimilima patefecerit. Memoriam proditum est Gentiles sacrificulos suos puros sanctosque habuisse, quippe quos per præconem prius lustrari par erat, interposito iurejurando, quale illud fuit ministrarum in Bacchi sacris apud *Demosth. Orat. in Neeram* ἁγιστέω καὶ εἰμι καθαρά καὶ ἀγνή ἀπὸ τῶν ἄλλων τῶν ἐκαθαρευόντων, καὶ ἀπὸ ἀνδρῶν συνουσίας, καὶ τὰ θεόγνια καὶ ἰοβακχεῖα γεγαίρω τῶ δουρῶ κατὰ τὰ πάτρια καὶ ἐν τοῖς καθήκασι χρόνοις. *Pia* Ἔμυρα Ἔμυρα *munda sum a ceteris immundis, Ἔμυρα a viri congressu, Ἔμυρα divinum natalem Ἔμυρα Jobacbea celebri Baccho patrio ritu Ἔμυρα legitimis temporibus.* Hinc vetus jus Pontificium: *Ad divos adeunto caste, pietatem adhibento, opes amovento: qui secus faxit, Deus ipse vindex erit.* Pontifex N. T. nulla lustratione indiget, quippe summe sanctus, de cuius sanctitate etiam testantur externi & non christiani homines, inter hos præcipue *Josephus* Scriptor Judaicus non sine æternæ gentis suæ opprobrio *Antiq. lib. XIII. cap. IV.*

§. IIX. *ἁγαν* præterea dicitur, h. e. ab omni dolo, fraude